**R**eus. dictus a re quia promissit  
ac debet. reus stipulando e. i. qui  
stipulatur reus promittendo e. q. suo  
nomine alteri quid pro alio promi-  
sit. **R**itus. mos uel consuetudo.  
**R**ite. autem significat bene & recte.  
**R**etractare. est rursus tractare.  
**R**abidus a rabie. q. morbus cani-  
nus est.  
**R**aiu. colores appellantur qui sunt  
inter flauos et cesios. quos Plau-  
tus appellat rauistellās. Quis igit  
hec mulier et ille rauistellus qui  
venit.  
**R**ates. uocantur ligna colligata q.  
per aqua agantur. quo uocabulo in-  
ter etiam naues significantur.  
**R**abula. dicitur in multis metibus  
negotij paratusq. ad radendum  
quid auferendumq. Vel quia e in  
negotij agendis arrior. q. rabioso.  
**R**afores. fiduines dicitur quia vi-  
dentur cordas ittu radere.  
**R**antum. quadratam dictam pu-  
tant quod in eo ex tueri ratis fue-  
rit effigies. ut nauis in asse.  
**R**auim dicebant. pro rauitate  
unde et uerbu rauio. ab.  
**R**atus sum. significat putauit.  
item ratus certus ac firmus.  
**R**anilie. a ramis oculis. quemadmo-  
dum a cesijs cesule.  
**R**eciperatia est. quo in ciuita-  
tes peregrinas lex conuenit. ut res  
priuate reddantur singulis reape-  
renturq.  
**R**eciprocare. pro utro utroq. po-

stere ut sunt antiq. quia procare  
est postere. unde ea q. gremijs sub-  
lectare ac figere.  
**R**ecelleze. reclinare. excellere i  
altum extollere  
**R**eciuiu. omne uestimentu quadra-  
tum. unde reuamati numy.  
**R**ite et uicile uocantur parua ri-  
cina ut palliola ad usum capitis  
facta.  
**R**ecte appellantur uestimenta uicilia.  
que astantibus et in altitudine te-  
xuntur.  
**R**ienes. antiqui dicebant nescun-  
dmes. quia greci eos nescos dicunt.  
Plautus. Glaber erat taq. rien.  
**R**escina dicebantur ex segete causa  
auspicij domu ad sacrificiu refer-  
rebant.  
**R**emeare. redire. ut comeare ut  
tuo utroq. re. ut comeatus dicitur  
dicitur. i. tempus quo re et redire q.  
possit.  
**R**emeligenes et remore a mo-  
rando dicitur. Plautus. Quod ille reme-  
ligenes. et Lucretius. Quena uox  
ex te resonas meo gradu remo-  
ram facit.  
**R**emurmus ager dicitur quia pos-  
sessus e a Remo et habitatio re-  
mi romana. Sed et locus in summo  
auentino remoria dicitur ubi remy  
de urbe condenda fuerat aspiratus.  
**R**emores aues in auspicio dicitur  
que actum aliqd remorare com-  
pellunt.  
**R**imari. e valde querere. ut  
meuus quoq.  
**R**emillum dicitur. quasi repandu.  
**R**emorbestat. in morbu uendat.



**R**esutare. redarguere copositum a fando verba. a. lita m. v.

**R**enastritur significat rephenditur. unde adhuc nos dicimus nascitur. ut natus. i. adeptus.

**R**eor. existimo. et quecumq; ab eo declinantur.

**R**emuleo. est cu scapha e remis nauis magna trahitur.

**R**igidum. et preter modum frigidum significat etiam durum.

**R**egifugium sacrum dicebant q die rex Tarquius fugerit a roma.

**R**egia. domus ubi rex habitat.

**R**egrescit apud Plautum significat reficit.

**R**e absce. est re ipa. Pacuuius. si no est migratum re ab se qd fecit.

**R**epotia postredie nuptus apud nouum maritum renat qd qd redifinitur potatio.

**R**epagula sunt. q patefacendi gratia ita fingunt ut contrario oppugnantur. hec et repages dicuntur.

**R**epudium. quia sit ob re pudendam appellatum.

**R**epedare. recedere.

**R**epastinari ager is dicitur cuius natum fodiendo mutat.

**R**eluere. resolvere repignerare.

**R**esignare. antiqui dicebant p rescribere. ut adhuc subsignare dicimus p subscribere.

**R**esidiare. sepe resiliare.

**R**istibilis ager fit qui biennio continuo fertur farreo spico. i. acistato. quod ne fiat solent qui predia locant exaperere.

**R**eses. ignauus qui residet.

P. m. p. n. s.

Subsignare.

**R**esecare. soluere religione utiq; cum zeus populum comitibus onat per deos ut eo periculo liberaret iubeat magistratus eum resecare. Plautus. Resecroq; mater qd dudum obsecrauerat.

**R**es comprehendere nota significat iudicium in die tertia constitutum.

**R**ana. uox rauca et paru ligda proxiie canu lateatu sonas. Vn etia cauidicus pugnant loques ramilla.

**R**osca. in agro reatino campus appellatur quod in eo arua rore humido semper seruntur.

**R**ediaculi phanum. extra porta capena fuit. quia accedens ad vrbe Hamibal ex eo loco redierit quibusdam perterritus visis.

**R**eserari. a sera dictum e.

**R**idiculus. qui in rebus turpibus ridet.

**R**etricibus Cato ait ea aqua eo noie significari qua orti irrigat.

**R**ecrepticius seruus e. qui ob vicium redhibetur.

**R**ogat est consulit populum. ut petit ab eo ut id scisciat qd fecit.

**R**estat Ennius posuit p distat.

**R**uri ee non rure dicendum est. testis est Terentius cu ait. Ruri se continebat.

**R**eciano pugnatu aduersus mirimilione cantatur. no te peto pitem peto quid me figis galle. qa mirimicu genus armature galli cum e. Ipsi q mirimilioes ante galli appellabant in quoz galeis piscis effigies mezat. qd genus pugne institutum est a Pitaco vno.

at. orat

E. fugis.



ex septē sapientibus qui aduersus  
Phirone dimicaturus propt̄ contro-  
uersias finium que inter Acthices  
et Malenthos erant recte occulte  
lato **h** impediuit Phirone.

**R**esignatum es dicitur militi. cum  
ob delictū aliquod iussu tribuni  
militū ne stipendiū ei detur i ta-  
bularum refectur. signare ei dicebat  
pro scribere.

**R**ituales. dicuntur Etruscorum libri  
i quibus scriptū est quo ritu verbes  
condantur. are edesq̄ sacrentur.  
Curie tribus et centurie distribu-  
antur.

**R**edinūt. redeunt.

**R**egū. qd̄ est aut fuit regis.

**R**egale. est dignum rege.

**R**ecipie. recipiam.

**R**edemptitauerē. ut dormitauerē.

**R**epulsior. Cato dixit comperatū  
ā repulso.

**R**atissima quoq̄ ab his q̄ dicimus  
rata. Vn̄ etiā rationes dicte.

**R**api simulatur virgo ex gremio  
matris aut si ea non est ex pro-  
xima necessitudine tū ad vtrum-  
teaditur. quod videlicet ea res fe-  
liciter Romulo cessit.

**R**api solet fax. qua prelucente  
nova nupta deducta est ab utrisq̄  
amicis. ne aut vxor eā sub lecto  
viri nocte ponat. aut vire i sepul-  
cro combuzenda tuzet quo utroq̄  
mors propinqua ab alterutris ca-  
ptari putatur.

**R**ecreptus mos est. que sua sponte  
ciuitas alienū adsciuuit.

**R**egalia extra appellabat. que po-  
tentibus insperatū pollicebantur

honore. humilioribus hereditates  
filio familie dominatione.

**R**ostri appellabantur in omnibus  
perfecti quod Rostius qd̄a p̄fectus  
vnius i arte sua. i. comedia agen-  
da iudicatus sit.

**R**ica est vestimentū quadratū  
fimbriatū purpureū quo flami-  
nice pro pallido utebantur. Alij di-  
cunt quod ex lana fiat surda al-  
ba quo consistunt virgines inge-  
nie patime et matime cōnes  
et m̄fiat̄ ceculeo colore.

**R**epertum dicitur quasi reparatū et  
reparatum.

**R**ictus rixē rixiose. rīngitur di-  
ci videntur quia in diuersū rum-  
pantur. contraq̄ sint recto. quod  
vocabulū dici videtur ā regendo.

**S**usque deque significat plus  
minusve. Plautus idq̄  
susq̄ deq̄ me habiturā putat.

**S**upum. antiqui dicebant quem  
nunc supinū dicimus.

**S**eculius lacus rome ā condi-  
tore vocatus.

**S**onticum. iustum. Neuius. Son-  
ticam eē oportet causam q̄obrem  
perdas mulierem.

**S**acca via Rome appellat̄ quod  
in ea foedus iētū sit inter Romu-  
lum et T. Taciū Regē albanorū.

**S**olitaurilia hostiarū trū dūsi  
generis imolatione significat tau-  
ci arietisq̄ quod om̄s et solidi inte-  
griq̄ sint corporis. Solū ei ligua  
oscorū significat totū et solidū.  
Vn̄ tela quedā solifereā vocatur  
solifereā tota ferrea. Et homo



bonarū artū solers. et que nulla parte laxata cauāq; solida nominatur. Solers etiā in omni re prudens. et Solemne quod omnibus anis prestatari debet.

**S**ecordiam. quidam pro ignauia posuerunt. Cato pro stultitia posuit. Compositū autem videtur ex se quod est sine et corde.

**S**emis semodius semiuincia ex greco trahuntur sicut et alia nonnulla que .s. litera pro aspiratioe eorū habent ut epta septem.

**S**uperuacaneū. superuacuum.

**S**erufertarios dicebant. quod que dam sacrificia ad arbores fulguritas facebant a seruo. s. quodam sacrificij genere.

**S**ilicernū. erat genus facinorū quod a fletu familia purgabatur. dictū autē silicernū quia cuius ratione ea res instituebat is iam silencium tenebat. Cealius. excedidi silicernū eius me esse esurū.

**S**ecurus. sine cura.

**S**ublestia. infirma et tenuia.

Plautus. Grauior sit fides sublestior. i. infirior. Idem ait. vnu sublestissimū quia infirmos faciat vel corpore vel animo.

**S**ecus. aliter. haud secus non aliter.

**S**tipem. esse nūmū signatū testimonio est. et id quod datur in stipendiū militi et tū spondetur pecunia quod stipulari dicit.

**S**obrinus est patris mei consobrinus filius. et matris mee consobrine filius.

**S**ororiare mamme dicitur puellarum tū primū tumescunt.

**S**uregit et ortus pro surrexit. et quasi possit fieri surrectus frequenter posuit Luuius.

**S**ors et patrimonij significat. unde consortes dicimus et dei responsum et quod cuius accidit in sortiendo.

**S**eratum est quo ornamenta stercorum portantur.

**S**obrium vicū Rome dictū vel quod in eo nulla taberna fuerit. vel quod in eo lacte non vino supplicabatur.

**S**odales dicti quod vna sederent vel essent. vel quod ex suo datis uesti soliti sunt. vel quod inter se inuicem sua darent quod utile esset.

**S**odes. si audes. et illuc per in loco. Terentius in Andria. Dic sodes quis heri habuit cecidem.

**S**urcum. dicebant ex quo per diminutione sit surculus.

**S**uremit. sumpsit. Inq; manu suremit hastam.

**S**urempsit. sustulit.

**S**ummissi. murmuratores. Meius. Odi inq; summissos promde aperte dice quid sit. Terentius. mussare pro tacere posuit quo ait. Sale cela occulta tege tace mussa.

**S**ola sedilia in quibus singuli tamen possunt sedere. Ideoque sola sternere dicitur qui soli sternui habent et solaria vocantur babillonica quibus eadem sternuntur.

**S**olum. terram.

**S**olea. uel ea dicitur que solo pedibus subyatur. vel genus pisces. vel materia robusta super quam parues caticus excreuitur.



**S**olox: lana crassa. vel pecus lana  
na contextu. Titinius. Lana sola  
ad purpura data. et Lucius. Pa  
scali pecore ac montano hircu atq  
solox.

**S**ultas: si vultis. Plautus. Sequi  
mini me hac sultas. et Cato. Audi  
te sultas milites.

**S**olipugna: genus bestiole male  
fice quod accius coata eiusq fer  
uore solis vnde et nome traxit.

**S**ospes: saluus. henuus tn sospi  
tem pro seruatore posuit.

**S**ospitare: bona spe affice. aut  
bonam spem no fallere.

**S**ucutilla: vox tenuis et alta.  
Titinius. femia fabula sucutilla  
nocula.

**S**uctingulum: balteum.

**S**ucceda: stercus suillum

**S**uccedanea: hostia dicebatur q  
secundo loco cedebatur. s. sic appel  
lata a succedendo.

**S**ugillatum dicit e greco qd ca  
pars que sub collo est. g. dicit.

**S**ucrophantas appellatos ea de cau  
sa dicunt athnicos qndam iuvenes  
solitos ant i ortos recuperare si  
cusq deligere. quao bre lege est  
constitutu. vt qui id fecisset caput  
ferretur. qua pena qui perse  
querent ob paruula detrimenta  
sucrophantas appellatos.

**S**uasus: color appellatus qui fit  
ex stilladio fumoso i vestimento  
albo. Plautus. Suaso infersti pro  
pudiosa pallula. Sunt qui omne  
colore suasum velint appellare qd  
qi persuadentur i alium ex albo  
transire.

**S**uperfit: supererit. Ennius. Du  
qdem vnus homo Rome superfit.

**S**ub uigum mitti dicit hostes  
cum duabus hastis i tra defixis  
terraq superligata mexmes sub  
cas coguntur transire.

**S**ubites. Ennius p subiectis po  
sunt.

**S**uperstites: antiquis appellati  
sunt testes.

**S**uperuaganea. Dicebat ab augu  
ribus auis. q ex sumo cacumine  
uore emisisset. dicta quia sup oia  
vagatur aut canit.

**S**upercalia i Junois tutela ee pu  
tabant quod his protegant oculi  
per quos luce feruimur qua tribue  
re putabant Junone. vnde et  
Lucina dicta est.

**S**uperma. dicit quibus semina  
sunt subasa i modu stillaru par  
uaru. Ennius. his paruas succi  
dit in qua supernia poem.

**S**upermu: modo significat sum  
mum: modo extremum. modo ma  
ximum.

**S**uballi. Dicebantur queda la  
melle sacrificijs necessarie.

**S**ororuu sigillum appellabatur  
loas sacer in honore Junois. que  
horatius quidam statuerat i causa  
sororis a se interfecte ob sua ex  
piationem.

**S**ubstillum: tempus ante pluuiam  
iam penie et post pluuiam no per  
sistum qd ia stillaret. aut no du  
desisset.

**S**ubscudes: appellantur tabelle  
quibus tabule inter se cofiguntur  
ga quo imittunt succiditur. Pa  
cuius. nec vlla subscus cohibet  
compage.



fe.

**S**ub corona venudari dicitur cap-  
tuy quia venudabantur coronati.  
Cato. Ut populus potius ob rem  
bene gestam supplicatum eat q̄ re  
male gesta coronatus veneat.  
**S**ublimen est in altitudinem  
elatum. id autem dicitur a l'impne  
superiore quia super nos e.  
**S**urrenturiare est explende re-  
turie gratia supplere. Cuius.  
Nunc me maline asturia opus est  
surrenturia.  
**S**ubrumari. dicitur edi cum ad  
mamam admouentur quia eorum  
rumis vocatur. vel quia rumine  
trahunt lacte sugentes.  
**S**ubule tuste. tubicen dicitur.  
**S**ubuxra. regio rome a pago  
sane vocabulum traxit. quod ei vi-  
cinum fuit. significat.  
**S**ubuerbustam. verubus vstam  
**S**oboles adolescendo. i. crescedo  
dicitur. ut adolescentes et adule  
et imdoles.  
**S**ubcula. est genus libi dicitur  
ex alua et oleo et melle et genus  
vestimenta.  
**S**ub uos placo. pro supplico.  
**S**uffisus. folliculus testium arca  
tinorum quo utebatur pro marsu  
pro a fisa similitudine dicitur.  
**S**ubartus. modo significat molli-  
tus. modo ruptus. modo copulsus.  
Ut quomodo dicitur perus sub arbo-  
re subactu. modo coactus.  
**S**upplicia. veteres quedam sacri-  
cia a supplicando vocabant.  
**S**ufes. consul lingua poenorum  
Caldius. Senatus inquit referen-  
tibus suffectis.

**S**ubintere. hastas iacere dicitur  
velles cum eas cum manu sursum mit-  
tit. Lucius. Ut veles onus sub-  
intere qui supsit hastas. veles at  
velatis facit.  
**S**ubintere preliari dicitur milites  
cum sub vinea militari pugnare.  
Lucius. neq̄ prodire i altum pre-  
liari procul sub vite.  
**S**ub vinea iacere dicitur milites  
cum stantibus centurionibus iacere  
coguntur sudes.  
**S**upparum. uestimentum puellarum  
lmeum quod et subula. i. camisia.  
De. Afranius. puella non sum sup-  
paro si induta sum.  
**S**ipat. iacet. inde dissipat et in-  
sipat. hoc e inyat et dissipat.  
**S**utele. dolose astute. a similitu-  
dine suentium dicitur.  
**S**uspectus a suspicio venit et a  
suspirare.  
**S**uopte. suo ipius. ut meopte meo  
ipius. tuopte tuo ipius.  
**S**teui. dicebant omnium eorum  
instructioes. Igere.  
**S**teuere. antiqui dicebant pro au-  
**S**teoppus. quod grece g. de pro msi-  
gni ponebatur i capitibus sacerdo-  
tum. Alij id corona ee dixerunt.  
**S**teuteum. membrum vrcile a sa-  
litate affertis.  
**S**tebula lingua vmbrozy appel-  
labant partes carnisu sacrificatorum.  
**S**elata genus nauigy latum magis  
q̄ altum sic appellatum a latitudi-  
ne. sed ea consuetudine qua seloni  
pro lonu. et selite pro litem dicebat.  
**S**elembu. grauis tardus sic Lucius.  
Pedibus selembu equum dixit  
I pigrum.



**S**tipatores. corporis custodes. quos antiqui latrones vocabant. stipati enim ferro circumdant regum corpora.  
**S**tipes. fustes terre defixus.  
**S**tritauium. dicebat antiqui per etazio.  
**S**trigores. densarum virtuum homines.  
**S**trige. appellantur ordines rerum inter se coniuncte et collocata a strigendo dicte. **S**ta constitutus.  
**S**tatus. dies vocatur iudicij causam.  
**S**atura et ceteri genus dicitur ex variis rebus conditum. et lex multis alijs conferta legibus. et genus carminum ubi de multis rebus disputat.  
**S**tate. martis simulacrum in foro celebratur.  
**S**tolidus. stultus.  
**S**tuprum. pro turpitudine dixerunt antiqui.  
**S**tura. flumen in agro laureti.  
**S**terilam. sterilem.  
**S**tultorum ferie appellabantur quiritalia. quia eo die sacrificabant in qui solemnem die aut non potuerunt rem divinam facere. aut ignorauerunt.  
**S**anqualis. appellabant mustum quod libero sacrificabat pro vineis et vasis et ipso vino consecratis. sic premestium despicis quas primum messissent sacrificabat cereri.  
**S**acrificulus. rex appellatus est qui ea sacra que reges facere assueverunt fecisset.  
**S**acella. dicitur loca dijs sacra sine tecto.  
**S**arcosantum. dicebat quod iureiurando interpositum erat institutum. ut qui violasset illud morte penas penderet.  
**S**acrate leges. dicebantur quibus

santum erat ut si quis aduersus eas fecisset sacer alicui deorum esset cum familia pecuniaque **S**ant.

**S**clusa. sacra dicebat quod gratia appellat.

**S**cena siue sacra. dolobria pontificalis.

**S**axissa. hasta macedonica.

**S**acer lapis. monstras amone fluyum vltra texam miliarium appellat. quia Ioui fuerat consecratus

**S**aceram. appellati sunt reate orti qui ex septimono ligures siculosque exegerunt. dicti saceram quod vere sacro sint nati.

**S**anguinima. dicebat herbas verbenas quia ex loco ardebant legatis proficiantibus ad fedus faciendum. Vel a sacramento. i. confirmando. Neuius. Scabos atque verbenas sanguina suspenderit.

Sanguinima  
sacra.

**S**agaces. appellantur solertis acuminis. Unde et canes indagatores sagaces sunt appellati.

**S**aga quoque dicitur mulier perita sacrorum. et vox sapientis. producta prima syllaba propter ambiguitatem vitandam.

**S**arpa. vinea putata. i. purafacta. Unde et virgule asperse samenta. Sarpere enim antiqui pro purgare ponebant.

Sacra.

**S**arte. pro integre. ob quam causam opera publica que locantur ut integra presententur sarta tecta vocantur. ceterum sartare est integrum facere.

Sacra.

**S**arra. epidos Insula.

**S**ardare. intelligere. Neuius. Quod bruti ne sans sardare queunt.

**S**arato. damnum soluito.



fe.  
74

**Sargus**. piscis in mari egyptio.  
**Sateurnus**. saturnus.  
**Sas** pro suas. Ennius. Virgines  
na sibi quisque domi romanus ha-  
bet sas. **Sam**. eam. Idem Ennius.  
**Sapsa**. ipsa. Idem Ennius. Quo-  
res sapsa loco sese ostentat.  
**Scena**. res dicitur mala quasi  
sinistra. g. grece sinistru dicitur.  
**Saperda**. genus pessimi piscis.  
**Sandra**. genus coloris. Meuij.  
Merula sandraano ore.  
**Sambina**. organi genus. a quo  
sambinastris dicitur. machina  
quoque qua vrbes expugnat simili-  
ter vocatur. na vt in organo cor-  
de. sic in machina utendiunt funes.  
**Sannites**. ab hastis appellati sunt  
quas greci g. appellant. has eni  
ferre assueti erant. Sive a colle  
Sano vbi ex sabinis aduentates  
confederunt.  
**Salaxia**. via rome appellata qa  
per eam sabinj sal a mari dese-  
rebant.  
**Salaxiam**. dicebant dea aque.  
qua putabant salum crete. hoc e  
mare mouere. Vn Ouidius. Nim-  
phe que salates. Quo vocabulo po-  
ete pro aqua vsi sunt. Pacuuus  
hinc seuicem salane fugimus.  
**Salutaris porta** appellata e ab  
ede salutis q ei prima fuit.  
**Spondere**. putatur dictu quod  
sponte sua. i. voluntate pmittat.  
**Salentim**. a salo sunt appellati.  
**Seculares iudi**. apud romanos  
post centu annos fiebant. qa secu-  
lum i centu annos extendi existi-  
mabant.

**Scultum**. tenue et macru et in  
quo tm exilis pellicula cernitur.  
**Squalidum**. macru et sordidu.  
quod pxime similitudine habet  
squame piscu sic appellatu.  
**Squarrofi**. ab earu squamatu  
similitudine dicti. quoru cutis  
exurgit ob assidua illuys. Lu-  
cilius. Varronu ac rapidu squa-  
mosa itondita rostra.  
**Schoemiale** appellant meretri-  
ces. quia et pellic propter vsu  
vnguenti schoem quod est pessi-  
mi generis.  
**Schoorta**. appellant meretrices.  
quia vt pellicule subiugant oibz  
omia. namq ex pellicibus facta  
schoorta appellantur.  
**Scandulata**. genus herbe scugi-  
bus mimica. quod eas velut  
edera implicando noceat.  
**Scaprensula**. locus vbi argentu  
effoditur in macedonia. dictus  
a fodiendo. namq grece fodere  
dicitur. Lucetius. Quales ex-  
ret scaprensula subter odores.  
**Spara**. minimi generis iacula  
a spargendo dicta. Lucilius. Tum  
sparatum murices portant tra-  
gula porro.  
**Sprea**. dicitur et basis columpne  
vnius thoci aut duocu. et genus  
operis pistori. et finis nauticus  
i orbem conuolutus ab eade omis  
similitudine. Ennius vo hominu  
similitudine sprea vocauit.  
**Sperile**. caro quedam propri  
cuiusdam habitus infra umbilicu  
suis. tur.  
**Spirulum**. barba capre appella

.i. multitudme.





**S**pinterrix. genus auis turpis  
figure. ea grece dicitur. g.

**S**arte. nugatorie ac despinede  
mulieres.

**S**tortutillus. uenter suille con  
dito farre expletus.

**S**pinter. armille genus quo  
mulieres utebantur brachio sumo  
sinistro.

**S**ocupi dicuntur aspera saxa et  
distantia a tactu. Vn scrupulosa  
rem dicimus qd aliquid in se hnt  
asperi.

**S**canteu. pelliceu i quo sagitte  
conduntur. appellatu ab eadem ra  
qua scortum.

**S**celeratus campus appellatur  
proxime i portam collina in quo  
vregmes vregmes vastales que  
incestum fecerunt defosse sunt.

**S**celeratus vicus Rome apptat  
quod cu Tarqnus supbus inter  
ficiendu curasset Seruiu regem  
pocetu suu corpus eius iacens  
filia Carpenta superuecta sit pro  
perans i possessione domy pnie.

**S**celerata porta que et carme  
talis dicitur vocata quod p eam  
sex et trecenti fabry cu clientibus  
milibus qnqz aggressi aduersus  
teustos ad amnem icemera omis  
sunt interfecti.

**S**chedra. genus nauigy icondi  
tum. i. trabibus tm inter se nexis  
factu. Vnde mala poemata sche  
clia appellantur.

**S**exus. natura vt habitus ex  
greco vocatur.

**S**impludearia funera quibus  
ludos adhibebant.

**S**extertiu dr qrtta pars denary  
quo tepore his deauffis valebat  
.i. dippondius et semis.

**S**ex miliu et ducentoru hom  
primus. C. Marus descapfit le  
gione quis antea quattuor miliu  
fuisse. Vnde etia appellabat qua  
drata.

**S**ibus. callidus uel acutus.

**S**ed pro siue inueniuntur posuisse  
antiqui.

**S**abinam appellat illiria telum  
venabili silue. Ennius. Illiria re  
stant sicut sabmisqz fodentes.

**S**edricula. sedile.

**S**eduailu genus flagelli dictu  
quod vapulantes sudantes facit.

**S**ectarius. uerueqz qui gregem  
agnoru precedens dicitur.

**S**ecespitam. aly securim. aly do  
labru gneu. aly cultellu putant.

**S**ilicum dictum quod semivncia  
scet.

**S**ecessiones. narrationes.

**S**ialides. hastatu spicula lata  
Ennius. Incedit veles vulgo fia  
libus latis.

**S**etio. persecutio iuris.

**S**ecunde res. no a numo dicitur  
sed quia qd velimus sequantur.

**S**icama. cantannonc solitaria.

**S**ectores. et qui secant dicitur et  
qui sua persecuntur.

**S**taconia. genus calciamenti. Lu  
cilius. Et pedibus leua staconia  
demit honesta.

**S**imultas. i. odium dicta ex con  
trario quia minime sunt simul.  
pot et a simulanoe dicta existima  
ri qa simulata loquitur admyrem.

.at. Scheclia.

at. Siales.



Sementine ferre fuerat institute  
quasi ex his fruges grandescere  
possent.

Simpulum. vas paruum no diffi  
mle racho quo vinu i sacrificijs  
libabatur. vnde et mulieres reb  
diuynis dedito simpulatrice dnt.

Senaculum. locus senatoru.

Sentinare. sat agere. dictuma  
sentina nauis. quam quis vt aqua  
liberet euacuare satis agit. Itaq  
sentinare subtiliter periculū vita  
re. Cealius. Caput consiliū postq  
sentinat.

Sentes. spine. Africanus. Quam  
sentiosa verba ptorqt turba.

Scenas sabini. cenas dicebant  
que aute nūc prandia sunt cenas  
habebant. et pro cenis vespernas  
appellabant.

Scenitiam dicit quod sine inten  
do vtile aut honestū. Terentius.

Eniuzo daue nihil loci est signi  
cie atq scordie.

Signare. significat modo scribe.  
modo anulo signa imprimere. in  
peco signis notare.

Septimonium appellabat diem  
festum quod in septe lonis facebat  
sacrificiu. Palano. Velia. faguta  
lia. saburra. cernalo. celio. oppio  
et cispio.

Sipariu. genus veli mynicu.

Seliquastra. genus sediliu.

Silus. appellatur nasus sursum  
versus et repandius. vnde galce  
quoq ad similitudine salee dicitur sut.

Serilla. nauigia histrica q lino  
et sparto condensantur. a conse  
rendo et cotexendo dicta.

at fecerat.

Serius. Actius a sero coparauit.  
Aut ei. ne si forte paulo q tu venia.

Spondere. ponebatur pro dicere.  
vnde et respondere adhuc manet.  
sed postea vsurpazu ceptu e in pro  
missu.

Subditus dicit iudex qui loco  
mortui datur. his qui eu habuerut  
iudicem in lite.

Scaptia tribus a nomine vrbis  
scaptie appellatur.

Sabatina. a lacu sabate dicta.

Sabini a cultura deoru diti. i.  
a greco. g.

Silere. tacere significat ficto vbo.  
ab. s. lita que nota silency est.

Striadu. quasi stiliadu. cum  
stille concretete frigore cadut. Stria  
ei principale e. stilla diminutiuu.

Sexuoru dies festus erat idibus  
Augusti. quia eo die rex Tullius  
filius analle natus e.

Sacramentu de. quod iurifuradi  
sacranone interposita gerit.

Siremps. de quasi similiter res  
ipsa. habetur hoc i libris Catonis.

Spaciatore p erratore rato posuit.

Stata. dicebant sacrificia que  
certis diebus fiebant. Cato. sacra  
stata solenia sacra seruisti.

Solenia sacra dicunt. que certis  
temporibus fiunt.

Serra preliari dicit cu assidue  
acreditur. recedereq neq villo co  
sistitur tempore.

Sacramentu. es significat quod  
pene nomine pendere.

Schole. dicte sunt a greco a vaca  
tione. quod ceteris rebus missis va  
citate liberalibz studijs pueri debet.



**S**ilatū antiqui pro eo quod nūc  
gentaculū dicimus appellabāt. q̄a  
ieram vniū sili cōditū ante meri-  
diem assorbebat.

**S**tuppi vocabant̄ in puluinaribz  
fasiauli de verbenis facti qui pro  
deorū capitibus ponebantur.

**S**erespita. cultū ferrēū oblongū  
manubrio eburnio rotundo solito  
iuncto ad capulū argento auroq; fi-  
xo clavis eneis. exceprio quo fla-  
mines flamīneq; virgines ponti-  
ficesq; ad sacrificia utebant̄. dicta  
autem ē serespita a scetando.

**S**ectū libum ē quod serespita se-  
cabatur.

**S**uffimenta. dicebant q̄ faeibat  
ex faba milioq; mollito mulsō spar-  
sō et dys eo tempore dabantur q̄  
vne calcate pile p̄mebant̄.

**S**uffibulū. vestimentū album  
pretextū quadrangulū quod i ca-  
pite vestales virgines sacrifican-  
tes habebant. idēq; fibula compre-  
mebatur.

**S**umanalia liba farinana i mo-  
dum zote futa.

**S**anates. dicti sunt qui supra  
m̄fraaq; Romā habitauerūt. quod  
nomē ideo ē m̄ditū. quā cū de-  
fessent a Romanis breui post  
i amiana q̄i sanata m̄ete redierūt.

**S**ex veste sacerdotes constitute  
erant. ut populus pro sua quisq;  
parte haberet ministrā sacrorum  
quā Ciuitas Romana i sex p̄tes  
distributa erat. i p̄imos sc̄un-  
dosq; Ticienses Pānes et Luceres.

**S**uluraze arbores. est ramo eaz  
subputare. et veluti subtus litem

mittē coculcare succis arboribus  
locū luce implece.

**S**purcū. vinū dicebant cū aqua  
admixta. aut igne tactū erat mu-  
stum ne anteq̄ defecuescat.

**S**arcificiū quod fiebat Rome in  
monte palatino palatura dicebat̄.

**S**istere phana cū dicent signifi-  
cabatur lectisternia ceteris in fa-  
no locis componere.

**S**erpula. serpsērit. cū legit̄ apud  
Massalam significat serpens. re-  
cepserit.

**S**olmo intelligitur consulto.

**S**tipatores. i. custodes corporis  
cuiusq; dicti sunt a stipite quam  
accipiebant mercedis nomine.

**S**oliatare ē solo citare. i. ex suo  
loco mouere.

**S**olum autē cū significat locum  
quos dubitat. cum exules q̄ dicat̄  
loco patrie sue pulsi.

**T**erentium. locus in campo  
Mazno dictus qd̄ eo loco  
ara ditis p̄is i trā occultaretur.

**T**auri appellabant̄ iudi i honore  
deorū inferorū facti. Instituti autē  
vident̄ hac de causa. Regnante  
Tarqno Supbo cū magna m̄adisset  
pestilencia i mulieres grauidas  
q̄ fuerat facta ex carne diu ven-  
dita p̄lo taurorū ob hoc dys in-  
feris instituti et tauri vocati sūt.

**T**alassione i nuptijs Varro ait  
signū esse lamfici. Talassione  
enim vocabant̄ quasillū qui alio  
modo appellat̄ calathus. vas vtrq;  
sacrificijs aptum.

**T**auras vacras steriles dicit̄ exi-



stimant hac de causa quod no ma-  
gis pariant q' tauri.  
**Todi.** genus auu' paruaz. Plau-  
tus. Cum ex totis talis tu todilis  
reusculis.  
**Tibilustria.** dies appellabantur  
in quibus agm tubas lustrabat.  
**Tuditantes.** negotiu' tundentes  
i. agentes. Nec tuditista re cessat  
extrinsecus vllam.  
**Tudites.** mallei a tundendo dicti.  
Vnde et quidam tuditano cognome  
fuit. quod caput malleo sile huerit.  
**Tullios.** alij dixerunt esse Sillanos  
alij tuos. alij vehementes proiec-  
tiones sanguinis tepidi tullii effla-  
tes. **Torper.** cito.  
**Torrens.** et partiapiu' et nome.  
**Torru.** torridum aridum.  
**Turma** equitum dicta q' tertia. q'  
terdem equites ex tribus tribub?  
**Titinensiu'** rariuz luxuz fiebat.  
itaq' primi singulazū decuriazū  
decuriones dicti quia ex eo singlis  
sunt etiam nūc term.  
**Torere.** a torto deductū proprie  
significat siccare atq' aserere.  
sed vsurpatū est ia pro eo qd sit  
ignescere.  
**Tyranni** trusa dicti a Tyreno du-  
ce Lidorum. a cuius gentis perpe-  
tua crudelitate et tyranni sut dicti.  
**Toruicias.** a ferocia tauroru' q'si  
tauri acerbitas est vocata.  
**Turbellas.** apud Plautū turbas  
significat.  
**Tutulū** dicebant flaminiaru'  
capitis ornamentū vincta purpēa  
Inuexa rimbis et in altitudine  
exteuctū. Ennius. futores algeos  
**et tutulatos.**

at Topper.

**Tuor** video. tueor defendo.  
**Tustus.** vicus Rome e' dictus qd  
ibi habitauerūt tusti. qui recedete  
ab obsidione Porsema remanse-  
runt Rome.  
**Tusa.** a Tusto rege filio heradis  
diti sunt. vel sacrificando studiose  
ex greco g' dictum est.  
**Tusculū.** dictū quod aditu' diffialem  
habeat.  
**Thomicos.** greco nomine apellant'  
canabo. mpolito et sparto leuiter  
torte restes ex quibus fines fuit  
puluilli quoq' quos habet ne arestis  
ledantur thomicos vocat.  
**Tongere.** noscere e' na prenestim  
tongione dnt notione. Ennius.  
Alj rhetozira tongent.  
**Testa.** loca augurio designata. Ci-  
cero. Aspera esse aut et difficilia.  
**Tonsilla.** palus dolatus i acumi-  
ne tu cuspide prefferatus. q' nauis  
religande causa i litore figitur.  
**Actius.** Tarete et tonsillas i lito-  
ra edite.  
**Tonsa** remus qd quasi tondeat'  
ferro. Ennius. pone petuit exm  
referūt ad pectora tonsas.  
**Tymbreus.** apollo a monte Tym-  
breo dictus e' in agro Troiano.  
**Toles.** tumor fauū. que p di-  
minuione dnt tonsille.  
**Taxat** et taxano a verbo tango  
dicūt. Vn et taxatores a scemias  
dnt q' alterutru' maledas tangūt.  
**Tablinū.** locus proximus atrio.  
a tabulis appellatus.  
**Tagax.** firmuculus a tangendo  
dictus. Lualus. Prescribere posse  
tagarem multoib' manu.



**T**aminia. dua siluestris dicta  
 q̄ tam mira sit q̄ inusu.  
**T**alus. prenomen erat Sabmoz.  
**T**amne. eo usque. Afframq. ta  
 ne arcula tua plena e azenearu.  
**T**alipedare. est vacillare pedibz  
 et quasi talis insistere.  
**T**ammodo. antiqui dicebant p  
 modo. **T**alia. folliculus cepe.  
**T**armes. genus vermiculi raz  
 nes exedens. **||** bili.  
**T**artarino. horrendo et terri  
**T**am. significatione habet po  
 situā. cui subiugimus q̄. Ut tā  
 bonus Virgilius q̄ bonus home  
 rus. Tam etiā p tantū vsi sunt.  
**T**andem. cū significat aliquādo  
 intexdū tamē p supuatio poit.  
 Ut Terētius i phormione. Itane  
 tandē vxore duxerit. Cū etiā  
 duplicat teporalem significationē  
 cū ait. Tandē aliquādo.  
**T**ama. dicitur cum labore vie san  
 guinis in crura descendit et tu  
 more fant. Lucetius. Juguen  
 ne existat papule tama neboa  
 nescit. **||** est tedium.  
**T**ediuū. fastidiosū. siue q̄ oibus  
**T**apula. dicta e lex quedam de  
 coniuys. **||** num.  
**T**ermione. Ennius dixit termi  
**T**ersum. diem serenū.  
**T**eres. rotundus et i longitudie.  
**T**ermentū. apud Plautū detri  
 mentum. **||** ter dixerūt.  
**T**empestate. pro tepore frequē  
**T**empesta. tempestua.  
**T**ima. vasa vinaria.  
**T**hensa. uehiculū argenteum  
 quo exuue deoz ludis accensit

bus i arcu ad puluinar uehebāt.  
**T**emerare. violare sacra et con  
 taminare. dictū vidēz a temitate.  
**T**emetum. vinū. vnde et temu  
 lentus et temulencia.  
**T**intinnire. Neuius dixit pro  
 sonitu tintinabuli. **||** torum.  
**T**entipellū. genus calciamen  
**T**egillum cuculli. vinculum ex  
 arpo factū. Plautus. Tegillum  
 mihi daret id si vis dabo. at. cupula  
**T**iberis fluiuius dictus a Tibe  
 rino rege albanorū quod in eo  
 cendisset.  
**T**iberis. a Tiberi rege Tuscorū.  
**T**ibicines. in edificijs dia existi  
 mantur a similitudie tibys canē  
 cūm q̄ ut cantates substinet ita  
 illi edificiorz tecta edificat.  
**T**ipulla. bestiole genus sex pe  
 des habentis sed tante leuitatis  
 ut sup aqua curres nō desinat.  
 Plautus. Neqz tipulle leuius pon  
 dus est q̄ fides leuonia.  
**T**esticulari. est iūmetis maribz  
 feminas. vel mares femis admo  
 uere. licet abj dicat testulari.  
**T**ifata iuxta rome autē Itifata  
 curia. tifata etiā lacus iuxta ca  
 puam.  
**T**utuli. milites appellant quod  
 patria tueant. vnde et titi pre  
 nomen ortū est.  
**T**iasitas. sodalitas.  
**T**itiensis tribus a pnoie Tacy  
 regis appellata videtur. **||** dita.  
**T**itia quoqz curia. ab eode rege  
**T**etinj. pro tenui.  
**T**hereres. gladiatores a simili  
 tudine pariuularz. theranaru.



Triga. antiqui huius appellabat  
unde trigenis adhuc dicitur.

Tuctuillia nulliū nullius sig-  
nificatio est. ut apud grecos. Plau-  
tus. Non ego istud verbum empsi tū  
tuctuillio.

Trabs quoque de et prope duo lig-  
na compacta. poris.

Tragus. genus chonche mali sa

Trabica. nauis quod sit trabibus  
constituta. Pacuuius. Labitur trabica  
i alueos.

Trachali. appellant muri tū  
ac purpure superiores partes. Vn  
armunenses maritimi hoies cogno-  
men traxerunt trachali.

Troya. et regio Priami et Iulius  
pueroru et equestris dicitur. et locus  
italie i agro Laurenti quo primū  
constitit Eneas tū suis.

Triphax. telū longitudinis trium  
cubitoru quod catapultā mittitur.  
Emmūs. Aut promaceret partes  
percutissus trifaci.

Tributu. quia ex privato i publi-  
cum tribuitur. Plautū.

Trochum. genus selle habet apud

Trogema. minerua a ripo trito-  
nis fluiuius dicta. quod ibi primi-  
tus sit visa.

Truo. auis onecralus. Cealus.  
veridens magnitudinē nasi. Pro-  
dy mortales unde prexit truo.

Trepat. vertit. unde trepido et  
trepidatio. quia turbatione mens  
vertitur.

Triumphales corone sunt. que im-  
peratori victori auree preferunt.  
que temporibus antiquis propter  
paupertate lauree fuerunt.

Templū significat. et edificū deo sa-  
cratum. et tignū quod in edificio tras-  
uersum gignitur.

Transstra. et tabule nauis dicitur.  
et tigna q per pariete in pariete  
porriguntur.

Tromentina. tribus a campo tro-  
mente dicta.

Tragula. genus teli dicta qd scuto  
infixa trahatur.

Thenum. deam putabat ee que  
preceperet hoibus id pete qd fas  
esset. eamq id ee existimabat qd  
et fas est.

Terres. ramus decerptus ex  
arboze. nec folijs repletus nec mi-  
nis glaber.

Tenus. significat sine. ut tū dia-  
mus hactenus.

Trossule. equites dicti qd oppidū  
Tuscorū trossulū sine opa peditu  
coeperint.

Tacturnus. qui facile tacet.

Tacitus. etia argutus qd pot tace.

Temte. cedebant esse sortū dec  
dicte qd tenendi habeat potestate.

Termino sacra facebant qd i eius  
tutela fines agroū esse putabant.

Deniq Nūma popilius statuit eū  
qui terminū exarasset et ipm et  
boues sacros esse.

Terminus. quo loco colebat sup  
eum forame patebat in tecto quod  
nefas ee putarent terminū in tra-  
terminū consistere.

**V**lcinia. vicinorū conuersatio.

Vesperna. apud Plautū ce-  
na intelligitur. stus e.

Vestrepus. puer q iā pubertate ve-



**V**eia apud oſcos dicebat̃ plauſtrū.  
inde veiare ſtipites ī plauſtro. et  
vectura veiatura.

**V**rbanas tribus appellabat̃ m̃ q̃  
vrbs erat diſtributa ā Seruo tul-  
lo rege. i. ſuburana. palatina. eſqui-  
lina. colina.

**V**eſtis ſimiliter dē vt ſtragula  
forenſis muliebres.

**V**eſtimentū. pars aliqua vt pal-  
lum tunica penula.

**V**eſtus. ſaſtidioſus. ve em̃ p̃ pu-  
ſillo vtebant̃. Lucretius veſtam  
dixit edace cū dixit. nec mare que  
impendent veſco ſale ſaxa per eſa.

**V**eſcor. paſcor.

**V**eſperugo. veſper ſtella. Plautus  
ī Amphitruone. Nec veſperugo ñ  
vergilie occidunt.

**V**eſpe et veſpiliones. dicūt̃ qui  
ſunexandis corporibus officium  
gerūt nō amittunt illis volucibz.  
ſed quia veſperino tēpore eos eſſe-  
runt qui ſinebri p̃p̃a p̃p̃t̃ mo-  
p̃iam nequeūt hi eī veſpiliones  
vocantur. Marcialis qui fuerat me-  
dicus. nūc ē veſpilio dianlus.

**V**eſpices. ſcuteta dicta ā ſimili-  
tudine veſtis.

**V**elati appellant̃ veſtiti et iermeſ  
qui ex exercitū ſequebant̃. quoz̃ m̃  
mortuoz̃ militum loco ſubſtitueba-  
tur. Ipi ſunt et ferentarij q̃ ſin-  
dis ac lapidibus pugnabant que  
tela ferunt̃ nō tenentur. Cato  
eos ferentarios dixit qui tela ac  
potiones militibus pugnātibus  
miſtrabant.

**V**elitatio dicta eſt vltro citroqz  
probroz̃ obiectatio. ab exēplo ve-

litaxis pugne Plautus. Neſcio qd̃  
velitati eſtis inter vos.

**V**eternoſus dicit̃ qui graui pre-  
mitur ſomno. Cato. Vernoſum  
hidropicū intelligi voluit q̃no ait.  
vernoſus q̃plurimū bibit tā maxie  
ſitit.

**V**eteratores. callidi dicti ā mltā  
reū gerendazū vetuſtate. Cānius  
mulieri nō aſtute facile p̃ſuaſit.

**V**entina beſtiam iumentū. Cato  
appellat ā vehendo. Opilius vete-  
tinam dia voluit q̃ vaterina ve-  
lut vtinam quod ad ventre onus  
reſigatum gerat.

**V**itulans. letans gaudio vt partu.  
Emilius. hēt his corona vitulans  
victoria.

**V**iduertas. calamitas dicta quod  
viduet bonis.

**V**itiligo. m̃ corpore hoīs macula  
alba. quam greci alphon vocant  
ā quo nos album. ſiue ā vitio dīa  
etiam ſi nō ledit. ſiue ā vitulo p̃p̃t̃  
eius mēbrane candore qua naſti-  
tur muolutus. Lucretius. hēt odi-  
oſa m̃hi vitiligo ē nō dolet iquit.

**V**el. colligatio quide ē diſiunctua  
ſed earū reū que natura diſiuncta  
ſunt ī quibus aut cōiunctione re-  
ctus vtimur. vt aut dies aut  
nox. ſed earū q̃ nō ſunt contrarie  
cū ligantur nihil m̃tra ē. Emilius  
vel dictator vel equozū equitūqz  
maſter eſto vt conſul.

**V**ibices. plage verberū ī corpore  
humane dicte quod vi ſunt.

**V**ibriffe. pili m̃ naribus hoīm  
dicti quod his euulſis caput vibrat̃.

**V**ibriffe ē uocem ī cantando ci-

ē. veſpere et veſpiliones.

ferentarij.

l'victo.

Vel.  
Aut.



spare. Titinius. si erit tibi cantan-  
 dum facto utiq; exiubrisse.  
 Viget dictū est a vigendo sed in  
 agendis hostilibus rebus verū is  
 qui concitato animo ad bonū tendit.  
 Viatores appellat q̄ magistrati-  
 bus parebant. eo quod plexuq; ex  
 agris hoies euocabant a magistra-  
 tibus. et frequens eoz ab agris ad  
 urbem via.  
 Vexiculas ai dixit Lucretius arti-  
 culos intelligi voluit.  
 Vole. uestigiū medij pedis conca-  
 uum. sed et palma manus vola dr.  
 Volones. dicti sunt milites. q̄ post  
 canensem cladem vsq; ad octo milia-  
 cum essent sexū voluntarie se ad  
 militiam obtulere.  
 Versuti. dicunt quozū metes re-  
 bro ad malicia vertunt.  
 Verne. appellantur ex ancillis ci-  
 uium romanorū vere nati quod  
 tempus anni maxime nalis for<sup>ne</sup> e.  
 Vexilie dicte quod eazū ortu  
 vex finem fant.  
 Vexitanus. ager dicit qui virenti  
 populo distribuitur.  
 Vexucent. uertant Pacunius.  
 Vastum. pro magnū ponit. tamē  
 et pro mani. Actius. hac urbem  
 ferro uastam faciet. unde vastitas  
 et vastitudo.  
 Vexande significat malegrande.  
 et Vexors Vexanus malicordis.  
 malesanus. aly parū siue mynū  
 intelligit. ut vexande feimentū.  
 Vexors. est turbati ac mali cordis.  
 Vaxeram dicunt p̄ stipitem ad  
 quem equos solebant religare. aly  
 dicit hoc noie maledictum signi-

Vastitas.  
 Vastitudo.

ficari magne acerbitatis. ut sit ve-  
 cors et vexanus.  
 Vagorem pro vagitu hemus posuit.  
 Valuoli. folliculi fabe.  
 Valgos Aurelius intelligi voluit  
 qui diuersas sircas habet. sicut e  
 cotrario vaty drant marcia cu-  
 ra habentes.  
 Vere. alligare. unde vumma et  
 vasa vmaria.  
 Vermina dicit dolores corporis  
 tū quoda minuto motu quasi a ver-  
 mibus sandant. hic dolor grece g.  
 dicitur.  
 Veruptaria dicit quod velut verua  
 habent prefxa. anulum.  
 Ungulum. oscorū lingua significat  
 Vinalia. diem festum habebant  
 quo die nouū vinū Joui libabant.  
 Venerari verbum compositum  
 ex venia et orando.  
 Vermalis. porta et collis appel-  
 labatur qd̄ ibi vimprū silua fuisse  
 videtur. dicuntur.  
 Vuuatus et viuudus a vi magna  
 Vmbre vocabant neptunalibus  
 case feondee pro tabernaculis.  
 Vallexit. perierit a vallo milita-  
 ri quod sit circa castra. quod quo  
 eo reuertunt p̄ perditis habentur.  
 Vexillū. diminutiū e a velo.  
 Vinulus dicit mollit se gerens et  
 minime quide vrciliter agens.  
 Plautus in Asmaria. Oracione  
 Vinula aut venustula.  
 Victus. languidus sine vi et na-  
 turalibus priuatis vrcibus.  
 Vngustus. fustus vnus.  
 Vadem. sponsorem significat  
 datum i re capitali.

Vexors.  
 Vexanus.

Vadem.



**V**ictualaria vita dicitur eorum qui  
vectibus parietes perfodiunt alie  
nos furandi gratia. Cato. Vecticu  
lariam vitam viuere repente nihil.  
**V**icitim dicitur dari quod datur  
per singulos viros. Cato. Præda  
que capta est vicitim diuisa.  
**V**xorium pependisse dicitur qui  
quod uxore non habuit res populo  
dedit. **V**is cato pro ultra posuit.  
**V**olturnalia volturino deo sua  
sacra faciebant.  
**V**estuli male curati et graciles  
homines. de enim syllaba rei parue  
preponebant. unde velone. et de  
gradem fabam minutam dicebant.  
**V**aticanus collis appellatus est  
quod eo potitus sit. po. Ro. vatu  
responsis expulsis et cufas.  
**V**iuissimus suplatiuus a viuo.  
**V**ngulatos. Ungues magnos  
ac asperos. Cato appellauit.  
**V**erberitate idem Cato seque  
tatiue ab eo quod est verbero dixit.  
**V**opte pro vos ipse Cato posuit.  
**V**ersacrum vouendi mos fuit  
italis. magnis tamen periculis adducti  
vouebant quecumque proximo vere  
nata essent apud se animalia immola  
turos. sed cum crudelis videretur  
pueros ac puellas innocentes mit  
tere perductos in adultam etate  
velabant atque ita extra fines suos  
exigebant.  
**V**ersuram facere mutua pecunia  
sumere. ex eo dictum est quod micio  
qui mutuabantur ab alijs non ut  
domum ferrent sed ut alijs solue  
rent velut verteret creditore.  
**V**e vobis. dicebatur ab antiquis

est in vobis.

**V**inciam dicebant continere.

**V**ernis exames. salua auguria.

**F**esti Pompei de verborum  
proprietate abstractiones.









Caja  
B-3

UGR BIBLIOTECA